

cet aliquam verorum principiorum exhibeant speciem: non tamen genuina sunt, sed artis solius ingenio prognata. An autem artificiales eæ partes facultatem aliquam possideant? Maximè vero, non eam duntaxat, quæ primordia redoleat, sed quam ignis contagium induxit, nouam, efficacemq; vt quasi nūum mixtum prodierit in lucem. Ignis certè vis magna est: quam Galenus extollit: vt eorum sententiam improbet, qui momentaneo vsu salis theriacalis, parum adiuti, existimabant nil profuturum, quod incendio vim omnē medicā proiecisset. Subiicit enim: Ut antidoto *De theriaca* parē facultatem non habere salem affir- *ad Pisonem* mo, sic omnem ipsius vim aboleri peni- *cap. 18.* tūs nego. Nam ignis multa efficit melio- *Ignis multa reddit me- liora.* ra, & interdum latentem rerū naturam detegit, quædam etiam, quos volumus in vsus, apta reddit. Nam omnia simul accensa, hoc est, integri cum sale serpentes exusti, sicut ignis opera, noxiā exedentēq; corporis nostri facultatē deponūt, ita cōuenientem medicaminib. opem assumunt. Hæc Galenus: quæ nec Aëtius inficias it: quin potius salē astruit *Tetr. 4. f. 1.* the- *c. 97.*